Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



• IOB •

tes catulorum leonum dentes sunt. Ti
gris perit eo quod non habet predam: et ca
tuli leonis dissipati sunt. Porro ad
me dictum est verbum absconditum: et quasi
furtim suscepit auris mea venas su
arum eius. In horrore visionis noctur
ne cum solent occupare homines.
pavor tenuit me et tremor: et omnia
ossa mea perterrita sunt: cum spiritus me
praesentet transiret: inhorruerunt pili car
nis meae. Stetit quidam cuius non
agnoscebam vultum. imago coram
oculis meis: et vocem cum aure lenis
audivi. Numquid homo coram deo iustificabitur aut factore suo purior erit
vir. Ecce qui servientibus ei non sunt sta
biles: et in angelis suis reperit pravitatem.
Quanto magis hi qui habitant domos luteas. qui terrenum habent fundamentum: conte
rentur velut a tinea. De mane usque
ad vesperam succidentur: et quia nullus
intelligit. in aeternum peribunt. Nun
quid non relinquentur in eis funiculi excelsi?
Morientur et non in sapientia. Ca

Vocabit si est qui tibi pri. v.
ut respondeat: et ad aliquem sanctorum
convertere. Virum stultum
interficit indignatio: et parvulum occidit in
dignatio. Ego vidi stultum firmare radicem:
et maledixi pulchritudini eius statim.
Longe sint filii eius a salute: et con
terantur in porta: et non erit qui eripiat.
Cuius messem famelicus comedet:
et rapiet armatus: et bibent sitientes divitias eius. Nihil fit in terra
sine causa: et de limo non egredietur
dolor. Homo ad laborem nascitur: et
avis ad volatum. Verumtamen ego de
precabor dominum: et ad deum meum ponam
eloquium meum. Qui facit magna et
inscrutabilia. absque numero. Qui dat plu
viam super faciem terre: et irrigat aquis
universa. Qui ponit humiles in sub
limitate: et merentes erigit sospitate. Qui

dissipat cogitationes malignorum ne
possint implere manus eorum quod ceperant
Qui apprehendit sapientes in astutia
eorum: et consilium perversorum dissipat. Per diem
incurrent tenebras: et quasi in nocte
sic palpabunt in meridie. Porro sal
vavit egenum a gladio oris eorum:
et de manu violenti pauperem. et erit
egeno spes: iniquitas autem conta
bit os suum. Beatus homo qui cor
rigitur a domino. Increpationem ergo
domini ne reprobes: quia ipse vulnerat
et medetur: percutit. et manus eius sana
bunt. In sex tribulationibus liberabit
te: et in septima non tangit te malum.
In fame eruet te de morte. in bello de
manu gladii: et a flagello linguae ab
scondens. et non timebis calamita
tem cum venerit. In vastitate et fame ri
debis. et bestias terre non formidabis:
Et cum lapidibus regionis pactum
habebis: et bestiae terrae pacificae erunt tibi.
et scies quia pacem habeat tabernaculum tuum:
Et visitans speciem tuam non peccabis.
et scies quia multiplex erit semen tuum:
et progenies tua ut herba terre. Ingredieris
in abundantia sepulchrum sicut in ma
turo tritici tempore suo. Ecce hoc ut
multum inquisivimus ita est: quod audivimus
mente pertracta. Capitulum. vi.

Respondens autem iob dixit. Iu
stum appendantur peccata mea
quibus iram merui. et calami
tas quam patior imitata. Nunquid gra
vior arena maris haec grandior apparet. unde
et verba mea dolore sunt plena: Quia
sagittae domini in me sunt: quarum indig
natio ebibit spiritum meum: et terrores
dei militant contra me. Numquid in
gredietur onager cum herbam: aut
mugiet bos cum ante plenum praesepe
steterit: aut potest comedi insulsum
quod non est sale conditum: aut aliquis
gustare quod gustatum afferat mortem:

potest